

Nesciens quid diceret. Luc. 9. 33. Ex piscatore factus tabernaculorum fabricator, dum Servatorem his compellat verbis: faciemus tria tabernacula, S. Proclus de transg. Petrus in piscatoris officio se exercuerat; nunc ædificatorum arti seingerit, Sylveira in Matth. 17. c. 8.

Pater sanctus; serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Joan. 17. 11. Toletus annot. 9. in c. 17. Joan. aliud in hac similitudine etiam insinuat videtur: ut quemadmodum unitas Trinitatis non confundit ordinem; sed unus est Pater, alius Filius, alius Spiritus S. Filius à Patre, Spiritus S. ab utroque, Pater à neutro, procedit: ita hæc unitio charitatis non confundit ordinem Ecclesie. Non enim omnes Pastores, omnes Prælati; sed unus est Pastor, alius ovis; unus propheta, alius auditor: sunt enim gradus. Apud Did. Nyss. D. 7. Pent. §. 2.

Et cum discessisset Angelus. Act. 10. 7. Cur Angelus non explicat Cornelio, quid ei faciendum? Re. licet Angeli summè delectentur, dum cum hominibus agunt de eorum salute; manent tamen intrâ spheram muneris sibi commisi. Destinatus fuit hic Angelus, non ut Cornelium doceret; sed moneret, Petrum vocare. Sylveira hic.

Si quis vobis evangelizaverit, præter id, quod accepistis, anathema sit. Galat. 1. 8. sed quomodo Paulus audet Angelos anathematizari; scilicet Angeli ordinati sunt à Deo in ministerium: & dum suum locum relinquunt, & cathedras ascendunt, in maledictionem incurrere possunt. S. Proclus de recta fide: ministrare præceptum est Angelis, non dogma componere; & periculum nimis est singulis, non in his, quibus ordinati sunt, permanere. Sylveira in Matth. 4. q. 24.

§. II.

Seculares non immisceant se rebus Ecclesiasticis, & vicissim.

Et sicque Deus duo luminaria magna. Gen. 1. 16. Ailredus: luminare majus Sacerdotium, ut præsit diei, id est spiritualibus: luminare minus Regnum, ut præsit nocti, id est secularibus. Contra naturam proinde est, si sol nocti, si luna præsit diei; si princeps ad spiritualia se ingerat; si Sacerdos secularium negotiorum tenebris conscientie sue ferentium obnubilat. Apud del Castillo Illat. 230.

Et voluerunt Philisthim Sacerdotes. 1. Reg. 6. 2. Nota: has circa arcam quaestiones fuisse Sacras, & ad religionem pertinentes, adeoque non nisi ad sacrum tribunal deferendas: ideoque Philisthim, cum eas superiori capite ad Sarrapas Sacerdotes Judices derulerint, graviter errarunt; & à Deo permissum, ut in peccatum ab his consilium acceperint. Nunc prouidentur in consilium suum agunt. Mendoza in 1. Reg. 6. 2.

Vide nemini dixeris. Matth. 8. 4. Euseb. hom. in D. 3. Epiph. præcipit ei, ut nemini dicat: prædicare namque, & Dei miracula populis narrare, Sacerdotum est. Leprosus vero, est mundus sit, Sacerdos tamen fieri non debet: quoniam illi ad hoc officium eliguntur, ut Apostolus ait, qui sine crimine sunt. Apud Sylveira hic q. 10.

Non est tui officii Ozia. 2. Paral. 26. 18. Ait Azaria Sacerdos volens sacrificare.

Quando miserunt Judæi Sacerdotes. Joan. 1. 19. Cur potius hanc legationem mittunt Judæi, quam Pilatus, & Herodes? S. Hi Judæi, ut vult Baronius, erant ex magno Concilio Saredrin, ubi negotia tractabantur. Cum autem adventus Messie maxime ad fidem, & religionem spectaret; ideo Pontifices, ac Senes, ex magno Consilio decernunt; ut hac interrogatio fiat ad Joannem. Pilatus, & Herodes, rebus tantum secularibus intenti. Docemur, ut quisque in suo steterit ordine: Ecclesiastici de divinis rebus sint solliciti; & in his Principes Seculares se non immisceant. Sylveira in Joan. 1. q. 11.

Mitte gladium tuum in vaginam. Joan. 18. 11. ut vidit Christus, quod Petrus Sacerdos militem indueret, regemque Pontifex agere inciperet; recondere gladium iussit: quia in illius domo quisque suo fungit officio; & Pontifex, quæ sunt Pontificis; rex, quæ regis, quæ militis; miles, quæ Sacerdotis sunt; Sacerdos agere debet. Anselmus in Matth. 26. datur materialis gladius carnalibus, spiritualis autem ministris spiritualibus. Sed sicut non convenit regibus, quod ad solam pertinet; sic nec Episcopis, quæ regis sunt, exercere debet: quod quia Petrus quodammodo exercuit, à Domino increpari meruit. Did. Nyss. D. 20. Pent.

Chabanus Comes Ludovici XI. Francorum regis copias præfectus, cum haud procul Parisiis abesset; missus lustrandi exercitii gratia, à rege est Joannes Ballus Episcopus Eboracensis. Chabanus haud multo post à rege postulat, ut sibi Eboras transeundi facultatem concedat. Quid verò, inquit rex, tibi negotii ibidem? Sacerdotes lustrabo, ait, ut emendanda corrigant: nam si Castra Sacerdotibus, militibus Ecclesie committenda erunt. Melenius l. 3. arguit. vena 1.

§. III.

Officio tuo graviter intende.

Ex Veteri.

Apparuit ei Dominus in cœvalle. Gen. 18. 1. Cur Abraham, qui tam sæpe orabat in montibus, & campis, non apparere Angeli? sed sedenti ad ostium tabernaculi? Zacharia visus est Angelus. Luc. 1. 11. in templo. Significat, nihil in patrefamilias æquè mirandum, quam si domui suæ præsit; ut in Sacerdote plus nihil probatur, quam si adit domui Domini; suæ domus non immemor. Sacerdos, si procul sit à domo sua, ab Angelo recreatur; ab Angelis vero invistur Patriarcha, si sit in ostio domus suæ. Oliva l. 10. Strom. §. apparuit ei &c.

Dimite me, jam enim ascendit aurora. Gen. 32. 26. Hanc lucam Jacob exponit Ofeas de ejus oratione. c. 12. 4. servus, & rogavit eum. Sed cur præcipit Angelus, ut ab oratione cesset? & ei finem imponat? Jacob amplam habebat familiam: Ut Deum teneat, fat est, noctis silentio orare; at verò de die rei familiaris incumbendum. Interitio hic dimittite me. q. d. tempus est, ut ab invisibilibus ad temporalia tractanda descendat. Sylveira in Luc. 2. c. 10.

Cumque minasset gregem ad interiora deserti apparuitque ei Dominus. Ex. 3. 1. 2. Cumque Gedeon excuteret, atque purgaret frumenta, in torculari apparuit ei Angelus. Judic. 6. 11. 12. 3. Reg. 19. 19. Elias reperit Elisæum arantem, & tunc eum vocavit ad prophetandum. Ità & tres fratres Matth. 4. 18. Christus ad Apostolorum vocavit, cum propriis officiis occuparentur. O quantum in Deo servitio proficereamus; si in eo nos tantum occuparemus, quod muneris nostro convenit; & ad nos non pertinentia negligereamus. Diez Conc. 3. in festo S. Andree.

Locus est Maria, & Aaron, contra Moysen. Num. 12. 1. Illa puniata lepra, illo indemi. Sed Cur? Levit. 13. 46. omni tempore, quo leprosus est, solus habitabit extra castra. Aaron Sacerdos erat: ac ideo amarum cure temper invigilare, circuire, converteri, debet: quod si autem lepra puniuit fuisset; fuisset officio suo non potuisset. Proletti l. 11. de S. Marco Eyang.

Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Ezech. 1. 12. hoc est, qui ad bravium, contendit supernæ vocationis; nihil, & nullum, respiciat, nisi solum bravium. Noli videre, quid alii agant; sed quid te oporteat agere. Petro ad crucem destinato, sed ad Joannem respicienti ait Dominus: quid ad te, tunc sequere. Joan. 21. 22. Ambula ante faciem tuam. Magdalenam nullum viderit in epulo lacrymantem; sed & nullam videbat cum Christo peccatricem. Oliva lib. 4. Strom. §. unumquodque eorum. In Ezechielis curru c. 1. 20. aliud animal simile leoni, aliud aquile, aliud bovi, & aliud hominis. Alius quidem sit, alius vero sit. 1. Cor. 7. 7. Non omnes ad currum aquile sunt: unus currum trahat volando, alius arando: bos factus ad laborem, aquila ad volatum. Leo, si rugit, currit; homo, si imperet, trahit. Marcha epulum parat Christo, & placet: Magdalenam plorat, ut placeat Christum. Id. l. 4. Strom. §. Domine, quid me vis facere? Act. 9. 6. Unumquodque eorum: hoc est, quodque eorum sibi attendebat inter eundem, non vicino ut; officio suo, & trahendi obligationi, diligentius attenderet. Si enim homo ceteris longè superior se confectum bovi attendisset; quis dubitet? quin exasperatus fuisset, injuriam putasset. Et bos animal tardum, si conjunctum se pernici aquilæ cerneret; malè sentiret de providentia conjugantis. Aquila probo duceret, tardigrado bovi sociari. Did. Nyss. D. 13. Pent. §. 5.

Super custodiam meam stabo, & signavi gradum supermunitionem. Habac. 2. 1. Noli transire de custodia ad custodiam; sed siste in loco tuo; & attende, quid tibi, non autem, quid alius dicatur. Non enim Deus omnibus eadem imperat. Itas nudus incedit, Aaron vero insulatus: David ascendere jubetur ad solium; Jeronias descendere in caveam; Judith triumphando; Job putrefcendo, lauream meruerit. Oliva l. 4. Strom. §. unumquodque ante faciam suam &c.

Ex Novo.

Erant enim piscatores. Matth. 4. 18. Nonne satis erat dixisse, eos piscari? plurimi sunt, qui piscantur; sed non sunt piscatores. Locus, ubi Christum expectare debet; & munus tuum, & officium. Diez conc. 3. in festo S. Andree Ap.

Vos estis sal terræ. Matth. 5. 13. Cur deus non dicit Christus: vos estis sicut sal? quia tam imbibita, & velut intrinseca, debet esse ratio muneris in ministro, ut explicetur, non tanquam adjacens; sed velut quid transformatum in ipsam naturam, & esse rei. Sylveira hic c. 11. q. 2.

Hora incensæ. Luc. 1. 10. Cùm Zacharias ageret, quod sibi ex officio competeat; & populus clamaret orationibus in auribus Domini, apparuit ille Angelus Domini. Sim. Cass. l. 3. c. 1. hic. Quare apparet in templo? Hugo Card. apparuit Angeli.

§. V.

De promotione ad officia.

Tu eris super domum meam. Gen. 41. 40. in Joseph non natalis, non genus fed sola sapientia, respicitur. Sylveira in Matth. 25. c. 52. talenta distributa.

Manum suam misit ad fossam, & dixit ei: apprehenderunt fuisum. Prov. 31. 19. S. Bruno de laud. Ecclesie c. 5. t. 2. in hoc Ecclesie sapientia manifestatur, quæ tam bene cuncta disponit. Manum suam, id est, eos, qui fortiores sunt, & sapientiores; ad majora negotia mittit; tales Rectores, & Episcopus constituit. Digni verò fuisum apprehendunt: quia illis minora negotia committit, qui impericiore, minusque periti. Did. Nyss. D. Epiph.

Cui nomen erat Joannes. Joan. 1. 6. Quare ante officium ponitur nomen Joannes? Joannes significat gratiam; & in ipso nomine Joannis, ut ait hic S. Thomas, significatur idoneitas, & sufficientia ad officium. Et antequam Evangelista scriberet ejus munus, voluit nobis aperire ejus sufficientiam; quia semper prius est consideranda. Sylveira hic q. 32.

Officium ab efficiendo dictum putamus, quasi officium. S. Ambros. Eth. Chr. l. 1. c. 8.

TITULUS VII.

OPERA BONA.

§. I.

Figura & Symbola.

Manus.

Psallam nomini tuo altissime. Ps. 9. 3. Psallere est opus manuale: & per hoc intelligitur bona operatio. S. Tho. Aqu. hic.

Omnes gentes plaudite manibus. Ps. 46. 2. Cùm sit consuetudo luxuriantium, elis manibus perfonare; & in aurium jucunditate per eas melos quodam sine officio sermonis exprime platium istum spiritualiter debemus accipere; qualem & filii crucis potuerunt dicere, & nos oportet audire. Plaudunt ergo manibus, qui eleemosynas faciunt, qui ægrotis pro miseratione fervunt, qui aliquid mandatum probis actionibus operantur. Casiodorus hic.

Salvavit sibi dextera ejus. Ps. 97. 1. Sepius diximus, manum actionem dicere: dexteram verò bonam Actionem. B. Theodoretus hic; & addit: dicit autem hominum salutem ejus potentia opus esse: immensa autem benignitate utens suum quantum hominum vitam ducere.

Levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Ps. 118. 48. Levare manus significat probis operibus occupari. Casiod. hic.

Tetigit manus ejus. Matth. 8. 15. Non tangit autem, non tangit frontem, non tangit aliam partem corporis; sed manum tangit. Propterea enim febricitabat, quia bona opera non habebat. S. Chrysol. hom. 6. in Marcum.

Accepti eum in ulnas suas. Luc. 2. 28. Ad salutationem nostram non sufficit videre Christum, per fidem, sed ipsum recipere oportet in manibus per bona opera. S. Vinc. Ferr. l. de Purif. B. V.

Lucerna ardetes in manibus. Luc. 12. 35. in manibus Sanctorum ipsa bona opera sunt lucernæ. S. Chrysol. l. 24. Lucernæ in manibus opera bona sunt, accensa igne veritatis, & charitatis. Sim. Cass. l. 6. c. 30.

Dato annulum in manus ejus. Luc. 15. 22. S. Hieron. annulus est signaculum similitudinis Christi: hoc signaculum in manu datur, quando opera justitiae Scriptura significat. Apud Ferdinandum in Gen. 1. sect. 1.

Habentes singuli citharas. Apoc. 5. 8. Citharæ, quæ pulsibus manuum suaviter sonant, apte opera bona figurant; quæ suis effectibus, quasi quibusdam sonis, proximos ad cœlestem patriam excitant, & invitant. Rich. à S. Viç. l. 1. c. 3. hic.

Gressus ambulatio.

Nostrum ambulare, est bene operari. S. Bonavent. l. 129. In hac vita, ubi per fidem bene vivendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus. S. Prosper. l. 1. de vita contemp. Sacerd. c. 1.

Passus eundi ad paradysum sunt bona opera. Si orastis hodie, jam fecistis unum passum; alium, si dedistis eleemosynam; alium, si audivistis Missam. Ibanus de virtute in virtutem. Pl. 83. 8. S. Vincent. Ferr. l. 4. D. 3. post Octav. Pasch.

gelus illi exequenti personaliter suum officium; ac pro populo oranti. Visioe tanta, tantoque nuntio, dignus fuit; dum per se ipsum, & non alium, munus suum adimplevit: hoc enim Deo maxime est gratum. Sylveira hic q. 13.

§. IV.

Officia humilia libenter exerce.

Multiplicabo semina suam sicut stellas cali, & velut arenam. Gen. 22. 17. Quid splendidus altris? quid arenis vilis? quàm procul à littore maris firmamentum cœlorum est! & tamen Deus costem, & stellas esse vult, & arenas. Optat Deus in alumnis suis eam animi magnitudinem; quæ pro Christo; & summa aggreditur, nec infima dedignetur. Vult te modò adflare fabro, modò cum regibus consistere. Magos per stellas Deus vocat; sed ad stabulum: vult accedentes ad se, & fideri simul auferere, & præserti. Oliva l. 4. Strom. §. multiplicabo &c.

Gegem, ipsa (Rachel) pascetur. Gen. 29. 9. Tantum certe merebatur sedule custodis ovium humile officium, quod illi poter injunxerat, studiosè exequendo; quantum si aliud honorificentissimum munus obivisset. S. Laur. Just. de triumph. &c. c. 26. apud Deum interet; utrum quis præsit, an obtemperet. S. Greg. Naz. or. 9. quòd vocatus est, in eo gradu quique maneat; etiam si alioquin præstantiore sit dignus; plus utique laudis habiturus ex eo, quòd præfenti gradui acquiescit; quàm si eum querat, quem non accipit. Did. Nyss. Pol. cœl. p. 1. l. 2. c. 1.

Audite somnium meum, quod vidi. Gen. 37. 6. Hæc de causa factum puto, ut Josephi principatus modò in manibus, modò in sole, & altris adumbraretur, ut scilicet, qui sideribus cingebatur, paleis stipari non erubesceret. Oliva l. 4. Strom. Multiplicabo &c.

Puer autem erat Minister. 1. Reg. 2. 11. Quid agebat? adolebatne incensum ornatus stola? an sacco sordidus ligna convehabat? mitranne, an lucernas curabat? verberat pavimentum, an conscribat thymiama? in throno Dei nec Samuel attendebat munerum varietatem; nec Spiritus S. ea distinguit. Servire Deo omnis est dignitas domus Dei: erat minister. Samuel hoc tantum expetebat, ut Domino ministraret. Quæ autem ratione nec scopas exhoruit? nec thuribula ambuit? audi: puer autem erat minister in castro Domini. Coram Deo videbat, ejusdem esse dignitatis ligna concidere, & gemmas concinnare: hæc una Dei presentis memoria hilaris, impiger redabatur. Oliva l. 4. Strom. §. Puer autem erat minister.

Lampades ejus lampades ignis. Cant. 8. 6. Dei Spiritus is oblectatur, quibus delectatur & flamma: hæc non auro, argento, gemmis; sed stipulis, fœno, ligno vilibus, nutritur. Ut intelligas, in te Dei spiritum non residere, si villa refugis, & splendidis innotueris. Oliva l. 9. Strom. Lampades ejus.

Vade ad mare, & mitte hamum. Matth. 17. 26. Cur hoc Petro mandatur? piscator erat. Sed si piscatore egebat, prælo erant filii Zebedæi. Cur ergo non Joanni, non Andree, sed Petro, id munus delegavit. Ut suspicor: quia c. 16. 19. Petro: tibi dabo claves regni cœlorum. Voluit Dominus in eadem manu, & hamum esse, & claves. Oliva l. 4. Strom. multiplicabo.

Veni homo quidam dives ab Arimathæa. Matth. 27. 57. Luc. 23. 50. erat decurio, vir bonus, & iustus. Joan. 19. 8. fuit Discipulus Jesu. Marci 15. 43. nobilis decurio. Et quid hic dives, vir bonus, discipulus Christi, nobilis decurio, egit? nihil se indignum, dum Corpus Domini unxit. Joan. 19. 38. Sed cur Evangelista tam honorificis cum titulis ornant? Quia, si quando nobilis, dives, illustis, dici debuit: tunc certò, quando ad gloriam Dei hoc opus peregit. Et quoties Christianus quicumque tale quiddam pro Deo facit; splendorem suum non obcurat, sed plurimum auget. Did. Nyss. D. Sept. §. 5. in domo Dei omnia officia illustria.

Ut cognovis, quod accubisset in domo Pharisæi. Luc. 7. 7. 37. Non ad caput, sed pedes Christi, accessit. Quis nostrum postremum sibi locum, & munus, in Christi corpore, id est, Ecclesia, deligit? quis non aspirat ad caput, sublimis officia? quis non tabesct in imis? &c. Et quidem Maria caput alius unxit, sed longè studiosior in pedes fuit. Super caput alabastrum effudit. Matth. 26. 7. in pedes verò seipsum profudit, comam, vas, oculibus, labia, capillos, ugentia induit. Vide quòd se exhibuit prioriem erga pedes, quàm erga caput Domini. Oliva l. 9. Strom. §. ut cognovis.

Operabatur: erant enim scenofallaria artis. Ag. 18. 3. Et hoc miror, jam dignatum Dei alloquio & visionibus, non petrum officii sui; nec fastidisse ostiarum munus, cui patuerant arcana Domini. Paulus in cœlum raptus non erubuit texere tabernacula. Oliva l. 10. Strom. §. Puer autem erat minister.

3.

Eructus.

Germine terra herbarum virentem, & lignum pomiferum. Gen. 1. 11. Quia hoc dignum est aliis non pomiferis. Sic hominum vera laus non a nobilitate, divitiis, dignitate scientia; eloquentia; sed a fructibus bonorum operum. Sicut illa arbores fructiferæ. Jud. 9. 9. regno fructus suos præzulerunt. De Ponte in Cant. 2. 6. 3.

Quod fructum suum. Pl. 1. 3. boni operis: fructum non solum germinem cogitationis aut florem propositi, aut folia verborum. Hugo Card. hic.

Falce me floribus. Cant. 2. 5. id est, juvate me orationibus: stipate me malis. Ib. id est, munite me bonis operibus. Idem hic.

Venit dilectus in hortum suum. & comedat fructum pomorum suorum. Cant. 5. 1. In hortum dilectus venit, & fructum comedit, quando Christus mentes visitat, & bonorum operum delectatione se satiat. S. Gregor. hic.

Orum fecit fructum concupulum. Luc. 8. 8. S. Remigius: semen fructum facit trigeminum: quando bonam cogitationem inducit in animo: sexagesimum, quando bonam locutionem producit in ore: centesimum verò, quando in fructum boni operis exit. Apud Sylveira hic quæst. 13.

4.

Filii.

Qui sunt isti respondit: filii mei sunt. Gen. 48. 8. O quam jucundum est, quando Christus respondet, opera nostra esse filios suos. Profecto opera bona, quæ facimus, & nostri filii sunt, & Christi: sed nostri, quasi matris; Christi autem quasi patris. Hugo Card. hic.

Notas sunt filii Israel voluntates suas. Pl. 102. 7. Filii nostri sunt bona opera bona: quos per propositum concipimus, per effectum parimus, per consuetudinem nutritimus. Hugo Card. hic.

Mulier salvabitur per filium generationem, si permanserit in fide. 1. Tim. 2. 15. Quæ est hæc mulier? nisi anima quæ verbum concipit Dei veritatis, & parit opera bona familia Christo: irrationabile enim est existimare de sensibili generatione dictum. Origenes tr. 29. c. 24. hic.

5.

Vestes.

Omni tempore sua vestimenta sua candida. Eccl. 9. 8. Hoc est, adiones, & opera: quæ virtutis normam sequuntur; nec non tradita nobis indumenta per lavacri regenerationem: quæ proculdubio candida aservantur per omne tempus, quod a peccatorum sortibus abstinentur. Olympiodorus hic.

Non habes vestem auripurpuream. Matth. 23. 12. Dum vestem audis nuptialem; ne de vestimentis, quibus induimur, id existimes in facta de bonis operibus. S. Ephren in illud attende tibi ipsi c. 7.

Sicut vestimenta corpus, sic bona opera protengunt animam. S. Gregor. l. 16. mor. c. 22.

Varia alia.

Die tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terra, abun- dantiam. Gen. 27. 28. Toties de rore caeli benedictionem desuper accipimus, quoties per infusionem S. Spiritus de supernis gaudiis in mente aliquid degustamus. Cum verò bona opera per corpus agimus, & de terræ pinguedine ditamur. V. Beda hom. in Eccl. Sabb. D. 2. Quadr.

Sacris factis sacrificium iustitiae. Pl. 4. 6. Vocat opera bona sacrificium iustitiae: quia opera iusta placent Deo valde, & per ea Deus honoratur. Bellarmus hic.

Sunite psalman, & date tympanum; psalterium iocundum cum cithara. Pl. 80. 3. Sume & tu citharam; ut pulsata spiritus plethra, interiorum corda venatum boni operis sonum edat. Sume & psalterium; ut harmonia dictionum, factorumque tuorum concinant. Sume & tympanum; ut organum tui corporis spiritus moduleret interior, factique operantibus dulcis morum tuorum suavitas exprimat. S. Ambros. l. 6. in Luc. 7.

Exit qui seminat seminare. Matth. 13. 3. Semina sunt bona opera. S. Bernardus l. 37. in Cant.

Quid est hoc, quod dicitur vespere, & mane. Gen. 1. Vespere est finis iam consummati, imò ordinati operis; mane autem incipientis, vel potius ordinandi operis. S. Anselmus in Elucidario.

Jacemus in vitis, & jacemus oppressi: stamus, cum bohis operibus erigimur ad profectum. S. Chrysol. l. 54.

Ut parum est, exire de Aegypto, nisi terram promissionis intraveris: similiter non sufficit declinare a malo, nisi bonum feceris. Petrus Celsent. l. de pan. c. 4.

3. II.

Opera vel minima, grata Deo, ejusq. Filio incarnato.

Noti timere Abraham. Gen. 15. 1. Notat hæc S. Ambrosius l. 1. de Abrah. c. 1. Deum dixisse, postquam oblata sibi dona a rege Sodomorum contempserat, & subjungit: non est ferus ad remunerandum Dominus; & cito promittit; & multa largitur; ne infirmos animos ad dilationem mercedis fubeat pernitentia, contempnente presentia, &c. Apud de Ponte in Cant. 3. 5. 3.

Invidiam in ararium regis. Gen. 47. 14. Id est, in cor Patris; ubi Christus mittit opera nostra; ubi tanquam thesaurus pretiosissimus, custodiuntur. Hugo Card. hic.

Tennis illum. Cant. 3. 4. O quam tenet illum, & ut ita dicam, cogit Fidelium anima; dum beneplacita illi, & accepta facit. Teneturque operibus virtutis, non manibus armorum, non divitum pompis; non opulentorum iactantia; non elatorum fastu; non gula; somni; luxurie; invidiæve, morbo laborantibus: sed misericordiam, pietatis, continentie, humilitatis, temperantiae, benevolentiae, castitatis, & precibus rectorum. Philo Carpathus hic.

Vultu casti cor manum. In suo vultuum tuorum. Cant. 4. 9. In suo vultuum. & in vultuum, se facium clamat: ut ostenderet; non tantum filii grata esse opera magna justorum, sed etiam minima. S. Franciscus Salef. prax. spir. p. 3. c. 35.

Venit dilectus meus in hortum suum. Cant. 5. 1. Ad quos, & quales, fructus edendos horti sui, hoc est, Ecclesie gentium, & cujusque Fidelis animæ, invietur a sponsa sponsum; ipse per se declarat in Evangelio, dum dicit. Joan. 4. 43. mens cibus est. Eccl. hoc est, ut quam plurimus ad me convertant, meoque discipulos faciam, & amicos, omnes in me credentes: quorum bona opera tanquam fructus suavitissimos virtutis sponsum edat, hisque maxime latetur. Philo Carpathus hic. In hortum dilectus venit, & fructum comedit.

David autem rex. Matth. 1. 6. Cur David solus nominatur rex? quia regnum proprio suo labore comparavit. S. August. l. 1. de mirabilib. Scrip. c. 30. David autem rex, ait, genuit Salomonem; cui non additur, regem, cum Salomon patris regno teneret majus imperium. Sed ex hoc intelligitur; patris sui David regnum Salomon hereditario jure possidere, ad David honorem regni plus pertinere; David obtinuit regnum ex operibus; Salomon hereditate: & apud Deum bonos non ex hereditate, sed ex meritis comparatur, excellit. Sylveira hic q. 26.

Alii cadebant ramis de arboribus. Matth. 21. 8. Quot bona opera propter Christum facis, tot eum ramis honoras. S. Bonaventura l. 2. D. Palm.

Fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. Luc. 5. 29. Qui domicilium Christum recepit interno, maximis delectationibus exuberantiam passetur voluptatum. Qui sua domo recepit Christum, convivium magnum exhibet, hoc est, bonorum operum spirituale convivium. S. Ambros. l. 5. hic.

Sicut Joan. 19. 28. Manducare volebat, quando poma querebat in arbore. Quid esurivit, quod bibit Christus; nisi bona opera nostra? In illis enim cruciungentibus, & persequentibus, quia nulla opera bona invenerat, jejunabat. Nam quale jejunium ipsius fuit; qui vix inventum latronem, quem in cruce gustaret. S. August. conc. 2. de parte Pl. 34.

Minima largè remuneratur. Vide Liberalitas §. 10.

3. III.

Opera spontanea Deo gratiora.

Quasi myrrha stella dedi suavitatem odoris. Eccl. 24. 20. Plin. l. 12. c. 15. myrrha arbor bis per annum inciditur. Sudat autem sponte, priusquam incidatur; quæ vocatur stacte, sive lacryma myrræ; eaque myrrha est præstantissima.

Ite in civitatem ad quendam. Matth. 26. 18. Nomen non exprimitur, sicut Magdalenæ, & Marthæ Joan. 12. 2. quia illæ non rogatur, hic rogatur, exceptit. Sylveira hic q. 4.

Angariaverunt ut tollerent crucem Jesu. Matth. 27. 32. Lucas ait c. 23. 26. imposuerunt illi crucem portare post Jesum. Joannes autem c. 19. 17. bajulans sibi crucem. Utri credemus? unus Simonem portasse crucem ait, alter Christum. Matthæus dubium solvit: Angariaverunt. S. August. l. 34. ad fratres in eremo: qui bona faciunt coactè, Deo non sunt accepti; & Simoni Cyrenæo, quem Judæi angariaverunt, ut crucem Christi portaret; optime comparantur. Ecce enim Simon Cyrenæus portat cum dolore; quia non libenter portat angarium invitatus est, coactus. Quia non libenter tulit, censendus est non tulisse. Paollet. in festo Purif. B. V.

Non quæro voluntatem meam. Joan. 5. 30. Non est opus meritum, nisi fuerit voluntarium: & quanto opus fit animo promptiori voluntate, tanto est Deo acceptius, & præmiis amplioris: eo quod Deus respiciat affectum potius, quam effectum. Dion. Carth. hic.

§. IV.

§. IV.

Modi varia ea exercendi.

Basti, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata. Pl. 37. 1. Peccata tegimus, cum bona facta malis actibus superponimus. - Quamlibet enim Sancti viri adhuc in hac vita sunt; habent tamen, quod ante Dei oculos operire debeant. S. Gregor. hom. 1. in c. 1. Ezech.

Da partem septem, partem quoque dato. S. ipsi vilo. Eccl. 11. 2. Modeste, inquit, vive in presenti seculo, & thesauriza tibi per operum bonorum executionem, quæ ad futuræ vite bonum pertineant; atque ita partem ipsi septem dato, & ipsi octo. Olympiodorus hic.

Murmulus aureus faciemus tibi. Cant. 1. 10. Tota erat in osculis, in odore; & in meride, sponfa; hoc est, cordis tantum intentæ victimis, operum hostias negligens. Agre hæc sterilitatem operum in sponfa sua passus nonglus: compurans proinde illam; aureas facturum se dicit murmulus manibus: ut fiat, gratiora Deo gesta fore, quam vota: & mercedem uberiorem operibus refundi, quam affectibus; labori manuum, quam osculo. Oliva l. 1. Strom. §. Murmulus &c.

Voca operarios. Matth. 20. 8. Cur paterfamilias per se non reddit mercedem operariis, sed ferit perse eos ad vineam conducti? Negotium laboris, & meritum, utpote rem majoris ponderis, per seipsum exequitur: illius vero mercedem, ut quid inferius, procuratori suo committit. Pluris æstima, laborare pro Deo, quam præmiari. Sylveira hic q. 13.

Arma nostra sunt, qui nos Saluator instruxit, oratio, misericordia atque jejunium: jejunium enim melius quam munus tuetur; misericordia facilius liberat, quam rapina: oratio longius vulnerat, quam sagitta. S. Ambros. 86. apud Naxera in Jos. 6. §. 11.

Omni tuba clarior est per opera virtutum exhibitio: & ipsa luce splendior est munda vita; licet innumeris sint, qui calumnieant. S. Chrysol. hom. 6. in Matth. 5.

Nihil boni facere, hoc ipsum est malum facere. - quid enim proderit, dic quælo, spinas omnes excidere; si bonum semen factum non fuerit? Idem s. 16. in epist. ad Ephes.

Si parum laboraveris, parum accipies; si verò multum operaberis, multa te merces manet: in tui ipsius commodum. S. Cyrill. Jerol. Catech. 1.

§. V.

Opera præferunt verbis.

Num. I.

De Deo, & Christo Domino.

In principium creavit Deus caelum, & terram. Gen. 1. Nota: verbum creandi, & operandi, primo esse positum, antequam Deus loqui, & dicere, dicitur: primo dicitur creavit, deinde fiat lux. S. Ambros. ser. 76. si non loquimur verbis DEI gloriam, factis exequamur ejus gloriam; quoniam dictis facta priora sunt. Apud Bernardum hic. In principio. Origenes, & alii legunt: In verbo creavit Deus: uno verbo amore hominis omnia condidit. Sylveira in Joan. 15. q. 12.

Gloria Dei est, celare verbum. Prov. 25. 2. S. Hieronymus hic: gloria Domini in carne apparentis est, Humanitatis sive infirmitatem magis, quam Divinitatis æternitatem mortalium oculis ostendere; & se potius operum miraculis, quam apertis affectionibus, Dei Filium fateri. Unde multo sæpius in Evangelio filium se hominis, quam Filium Dei appellare consuevit. Mendoza in 1. Reg. 11. Sect. 4.

Remunere Joannem, qui vidisset. Matth. 11. 4. Testimonium, quod à rebus trahitur, certius est, quam verborum, & absque ulla suspitione. S. Chrysol. hom. 37. in Matth. Calidior est lingua operum, quam verborum; & efficacior responso in silentatione virtutis, quam in probatione sermonis. Simon. Cass. l. 3. c. 3. Re, non oratione, dat responsa. S. Basil. Seleuc. et. 34.

Non respondit ei verbum. Matth. 15. 23. Parum solet loqui, qui multum solet operari. Escobart. 3. Coll. Chr. l. 2. Obf. 8.

Non respondit ei ad ultimum verbum. Matth. 27. 14. Respondit tamen operibus clypeis solis, tenebris, terramotus, & petrarum scissione. S. Ambros. l. 10. in Luc. illud præstantissimum, quod maluit se regem probare, quam dicere. Sylveira in Joan. 11. cap. 35.

Potius in opera, & sermone. Luc. 24. 19. Bonus ordo: præcedant sermonem opera, ut efficac fit. Sylveira hic l. 9. c. 3.

Exempla alia.

Ex Veteri.

Obsecro Domine, non sum eloquens ad heri. Ex. 4. 10. Non semel cum Deo jam locutus fuerat Moyses; neque unquam cautus, quod impediendo esset lingua. Cum ad hominem re-

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

gem orator mittitur, balbutiem præterit, per quam id muneris rectè curare non possit. Itaque verò, in Pharaoni loqueretur, promptam linguam requirebat; apud Deum ei opus non erat? Noverat Moyses Dei ingenium, noverat, illi manum vel unicum, vel præcipuum esse rationem; opera potissimum ab eo spectari. Did. Nyff. D. 8. Pent.

Ex quo licentius ea ad servum tuum, impeditioris lingue sum. Ex. 4. 10. Si Deus Moysi dedit tantam potestatem, cur non dedit etiam expeditam linguam? Erat multa, & magna operaturus: ideo debebat, ut esset tardioris lingue, & non multiorum verborum. Sylveira c. 22. in Luc. 11. q. 1.

Dicit Dominus: in hoc seculo, quod sim Dominus. Ecce precium virga, quæ in manu mea est. Ex. 7. 17. At quæ manus hæc? nonne Moysis? ita plane. Cur ergo Deus manum suam vocat? Respondet Cajet. Manum Moysis appellat Deus manum propriam: quia jam cum constituerat Deum Pharaonis. Erat ergo manus Moysis manus Dei, propter admiranda opera, quæ parabat. Deus vocatur Moyses; non quod eloquens, sed quia erat vir operum: elegantius quidem loquebatur Aron; ad divinius operabatur Moyses. Fernandus in Gen. 1. sect. 1.

Quid clamat ad me? Ex. 14. 15. Cujus vox audita ad mare rubrum? an populi clamantis voce? an Moysis operibus? S. Ambros. l. 14. in Pl. 118. Sonum ejus non audio, vocem ejus agnosco: silentium ejus lego, clamorem ejus in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur: tacebat Moyses, & audiebatur. Olivat. 1. conc. 5.

Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Pl. 1. 3. Arborum non una fecunditas: nam alix alteris annis germinant, ut medica, & cyria: alix annis singulis, ut vitis: alix bis in anno; ut thus, & myrrha. Vidit Joannes his feraciorum arborem, quæ singulis mensibus fructibus abundabat. Apocal. 22. 2. Lignum vite offerens fructus abundanter mensibus singulari. Ex his, quæ debet arbores referre lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum? nullum quomodo enim Ecclesie arbores infite sunt cruci, & Christi cruore rigate, nullo non tempore fructum ferre debent. Sic enim S. Paulinus ait ad D. desiderium: omni tempore sit maturus illi, cum quo vel in quo, mansurus est sine tempore. Id præstitit. S. Bernardus: Prudentia & contemplatio in tyrone, nonne imago autumnus in vere est? ille inter æstus curarum orat; nos nec in otio. Ille, dum contemplantur, lacum non videt, & tranfit; nos, dum oramus, procul à lacu sumus, & tamen nihil videmus, nisi lacus, urbes, maria, alpes. Paulus ut placidius contemplantur, raptus est in tertium cœlum; Bernardus equitare potest, & meditatio: & qua cordis tranquillitate inter fidem, & ipse non caret inter fluctus curarum. Olival. 3. Strom. §. erit tanquam lignum &c.

Posui vii meo ensuliam, cum confiterer peccator aduersum me. Pl. 38. 2. Ut coronaretur triumphis, abstinentium verbis censuit. Aptior militum latera ambientium custodia, quam oris recitantis contra inimici aduersus videbatur? & David totus est in oris silentio. O bene! qui egregius factus est opus, David verbis licentioribus parca linguam frenat, ut manus roborat. Naxera in Jos. 7. §. 10.

Laudent eam in partibus operæ ejus. Prov. 31. 31.

Ex Novo.

Venimus adorare eum. Matth. 2. 2. Cur solam expriment adorationem? munera tacent? Hugo Card. Magi plus habuerunt in opere, quam sermone dixerunt; quia veniebant adorare: & non solum adorant, sed munera offerunt.

Tertigie sibiriam vestimenti ejus. Matth. 9. 20. Plus apud Deum impetrat opportunitas verborum. Marc. 5. 22. 23. Jaius plena modestia accedit ad sibiriam; fluxus sanguinis sistitur. Interim filia Jaii moritur. Mulier clamat operibus, ore silet. Princeps multis verbis orat; & de morte filie numquam accipit gratia donatur tacentibus, negantur loquentibus. Oliva t. 1. conc. 5.

Bonus est nos hic esse. Si vis, faciamus. Eccl. Matth. 17. 4. Præstantiam; & bonitatem divini spectaculi laudat simpliciter, & unico verbo, dicens: bonus est. Cur tam paucis verbis? cur non major dicit? Parca Petrus verbis, ut operam suam impendat; sciens Dei gloriam non extollit verborum laudibus sed factis. Bæza t. 3. l. 14. c. 17. §. 18.

Quid faciendum vitam æternam possidebo? Luc. 20. 25. id est, quibus operibus promereri poterò, & sortiri, beatitudinem æternam? Sciebat enim, quod non loquendo, sed operibus virtuosus insistendo, obtineatur felicitas. Dionys. Carthuf. hic.

Quid faciam? Luc. 16. 3. Potius cogitabat, quid faciam? quam quid dicam? sciens, quod apud iustum, & infallibilem, iudices plus valeant opera virtuosas, quam verba pulchra. Id. hic. Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute. 1. Cor. 4. 20.

Ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Act. 14.

Ad. 2. 3. Cur advenientem Petrum nemo rogat pro suscitanda Tabula, sed tantum ostendunt vestes, & tunicas, quas eis faciebat: quia efficacius urgebat Apostoli benignitatem ostentose opere, quam lacrymarum voce. Obmutescat oris loquela, cum opera clamant. Sylveira hic q. 33.

Veniens, & cognoscens, non formosorum eorum, qui inflati sunt, sed virtutum. 1. Cor. 4. 19.

Num. II.

gententia Bibliæ, & Patrum.

Nunquid possunt de sereno dulcedinem meam, fructuque suscipere. Judic. 9. Ficus non floret, nec ullis speciosis ornamentis se ostentat, sed fructum edit dulcissimum. Unde representat eos qui pauca dicunt; sed multa magnoque faciunt. Com. hic.

Die, ut sedent hi duo filii mei. Matth. 20. 21. Domino libellum supplicem pes os matris offerunt; accipiunt responsum; & primas sedes concedi solum Candidatorum operibus, a quas credebant se his precibus obtinere. Mutate voces in labores, patientiam. Pessis hinc calicem? Evangelii gratia patriam, propinquos; chara omnia deserere? Oliva tom. 1. cone. 5.

Res semper æstimo verbis esse præstantiores. Dicitur est tamquam vestis in corpore; res autem sunt carnes, & nervi. Clem. Alex. l. 1. Strom.

Qualis sermo, talis est vita. Arbor autem cognoscitur ex fructibus; non ex floribus, & foliis, ac ramis. Id. l. 3. Strom. Verba se in modum habent foliorum, opus autem instar fructus. S. Ephrem. de perfectione Monachi.

§. VI.

Opera pauca, ubi multa verba.

Responditque omnis populus simul, & cunctis, qui locutus est Domino, & faciente. Ex. 19. 8. Grandis sollicitatio instabilitatem eorum velut præmonstrabat. Did. Nyss. Dom. 2. Epiph.

Præcepitque Josue populo dicens: non clamabitis, neque audietis vos vestra, neque ullus sermo ex ore vestro egredietur. Jos. 6. 10. & 21. Sapius præceptum replicat, quia intercessit ad victoriam silentium poterat. Nec opinio scelleit. Ceperunt civitatem, & interfecerunt omnia, qui in ea erant. V. 20. 21. Non multo post Hai oppidum expugnare tentant; sed statim terga vertentes percussit sunt à viris urbis Hai. Qua causa? quia Jerico oppugnantes verbis abstinerunt: Hai invadentes grandiloquia, ac superba verba jactarunt. Non ascendat, inquit, exploratores, omni populo, sed duo, vel tria, millia, arceum, pergant, & delent civitatem: quare omni populo frustra crederent, contra hostes paratissimi? Jos. 7. 3.

De jamno confurgens dixit in animo suo: egrediar sicut ante feci. Jos. 7. 21. S. Ambros. ep. 70. tacentia opera agilitas aderat; loquenti autem nec vigor, nec gratia manebat; apud Escobar t. 1. Coll. Chr. l. 12. obf. 8.

Non concidat cor cuiusquam in eo: ego servos tuos vadam, & pugnabo adversus Philistinum. 1. Reg. 17. 32. Armotum imperitium duellum non timet, quia gigantum supra humanam naturam terminos se effertent plus timore, quam corpore, vidit. Imbecilla futura opera credidit, cuius superbas minas audivit. Quæ hujus audacis causa? S. Basilus Seleic. or. 15. aderat Goliath alium vociferans. Non timuit vociferantem, quia aut fallus putavit imbellem. Primo ritu prostratur, qui canibus victos hostes promittebat superbus, Naxera in Jos. 7. §. 10. Sæpe imbecilliora sunt opera, cuius grandiora sunt verba.

Sit sermo vester est verus, non, non. Matth. 5. 37. Ideo bis dicitur, est, est, non, non: ut, quod ore confirmas; operibus probes, & quod verbo neges, factis non confirmes. V. Beda l. 1. hic.

Non omnia, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum celorum. Matth. 7. 21. Invocat Deum, qui corde, ore, & opere, Dominum confiteri. Unde non, qui bis, sed qui ter dicit Domine, Domine, Domine, invocati; & omnia ista salvas erit. Joels 2. 32. omnia, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. Hugo Card. in Matth. hic. Omnes Christiani dicunt, Domine, Domine, corda credendo, & ore loquendo; sed non factis opere, obediendo; ideo oportet ter dicere Domine; & sic per obedientiam habebimus regnum celorum. S. Vincent. Ferr. l. 2. D. 4. post octav. Palche.

Sequitur te quocumque feris. Luc. 9. 57. S. Chrysol. l. 19. ad omnia posse sequi, quis promittit? Dixisset cautius: sequar te, quocumque iusseris; humanis certe, quocumque volueris. Aderat ibidem alius, qui nec verbum loquebatur; cui Christus v. 59. sequere me. S. Ambros. l. 3. de Sanctis cur ergo, cum ab altero interpellatus fuerit, ut, quocumque iisset, religiosi servitii causa sequeretur eum; alteri magis dixerit, qui eum sequi cumcubatur, sequere me: & priore spreto, atque despecto, alium potius tacentem delegerit? Respondet: eum elegit, non qui verbis promptus, devotiorne piger; sed qui est lingua tacitus, menteque devotus, Pli-

nus: qui celerius fieri expere, tardius ingredi incipiunt. Natura confirmat, quod dico: dico: quorum solutior ad loquendum preperat lingua, impeditionibus pedibus, & remissionibus manibus. Did. Nyss. D. 2. post Epiph. §. 5.

Implete hydras aqua. Joan. 2. 7. Ab eo, qui pauca loquitur; multum expecta: verum de illo, qui multum garrit, nihil tibi promitte. Quam paucis verbis ad hoc miraculum utitur Christus: implete hydras aqua, inquit, nec quidquam amplius. Id. ib.

Domine, vide, quia propheta es tu. Joan. 4. 19. Jam tertio eum Dominum vocat. V. 11. Domine, neque in quo habueris; habet. V. 15. Domine, da mihi hanc aquam. & V. 19. Domine, vide. Fatue bis solum dicit. Matth. 25. 11. deest tertium Domine. Gregorius, & Hilarius; fide, & spe, his dicitur; & quia non habuerunt charitatem, non valuerunt tertio dicere, Domine. At Samaritana fide credidit Prophetam, & Messiam; spe speravit aquam vivam; charitate currit ad civitatem, & omnes traxit ad Christum; & ideo meruit ingredi ad nuptias agri. Sylveira hic.

§. VII.

Opera supererogatoria fudentur.

Nulla, cui dixero. & illa responderit, bibe, quin & carnalia tuis dabo. Gen. 24. 14. Servus Abraham petiit signum à Domino, ut cognosceret illum esse, quem elegerat uxorem Isaac; quæ plura fecerat, quam ipse postulare. Sic est precipuum signum, quod illas animas eligit Deus in sponsas Unigeniti Filii sui; quæ non contentæ sacre, quod ab eis petitur; multo plura faciunt. Diez D. Palmari.

Abiitit deos alienos. Gen. 35. 2. Fecerunt; & insuper in aureas obtulerunt: nè minus pietas faceret pro altari Domino contruendo, quam faceret pro vitulo confando amantia: delentur eis omnes deos alienos, quos habebant; & in aureas, quæ erant in auribus eorum. Rupertus l. 1. de consilio cap. 16. non contenti facere, quod præceptum est, ultra sese extendunt ad illud quod præcepto majus, & amplius est. Naxera in Jos. 21. §. 15.

Erexit ergo filii Israel, sicut præcepit eis Josue, portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides. Jos. 4. 8. sed Josue v. 9. alios quoque lapides posuit in medio Jordanis alveo, ubi steterunt Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis. in illo die magnificavit Dominus Josue coram omni Israel. V. 14.

Dixerunt Moysi: plus offert populus, quam necessarium est. Ex. 36. 5. Abulens: Populus ad Deum valde affectuosus movebatur; & faciebat, quod DEUS mandaverat; & aliquid ultra.

In viis justitiae ambulat, in medio semitarum iudicii. Prov. 8. 20. Virginem ferrentem ad templum queris? frustra queris, si non queris eum in viis justitiae. Nota: non in viis justitiae ambulat, sed in viis, id est, sunt, qui justitiam unam solam viam esse putant. Quæ sunt semitæ? ea Sandimonie opera; quæ nisi non justitia, sed fervor diligit; & scribitur: Nisi ultra leges tuas aliqua tibi impers; non ambulat in semitis. Adverte tamen: prius ambulandum in viis justitiae; & deinde in semitis iudicii. Primum imple, quæ ceteri agunt; quæ tibi religio indicit; mox, cum ea expleveris, scilicet, singularia perite; quæ tibi fervor suadet. Oliva l. 4. Strom. §. in viis justitiae &c.

Docuit nos vias suas; & ambulabimus in semitis ejus. Ps. 23. 3. Oleaster hic: Dominus vias docet; sed ipse in semitis ambulat: quoniam multa, præter leges, homines inspirati fecerunt, quæ consilia dicuntur, & arctiora legibus sunt.

Si vis perfectus esse. Matth. 19. 21. Acceptor est Christus, & toti ecclesie curæ, ille, qui non solum contentus mandatorum custodia; sed in ampliora suspirat; & operibus nititur ad majora; quamvis, qui solum graditur illorum suavem viam, cum quibus tenui, possiderique, possunt divitiæ, honores, & potentatus; & commercia exerceat, & participare conjugio. Sim. Cass. l. 9. c. 46.

Non accipitis spiritum servitutis. Cor. Rom. 8. 15. Servitute deposita in libertatem aliorum transivimus. Sed quæ differentia servitutis, & libertatis? Servi intra legem præscripta tota continentur; non sic filii, qui sic patrem legislatorem amant, eaque libertate leges amplectuntur; ut minime intra earum observantiam conclusi, ulterius quid intendant; & etiam faciant. Bæza t. 2. l. 6. c. 1. §. 3.

§. VIII.

Tu ipse operare, non per alium.

Ex Veteri.

Narratur Gen. 1. creatio elementorum. Terra Gen. 1. 1. in principio creavit Deus caelum & terram. Aquas v. 7. Igis, juxta multorum sententiam, cum dixit v. 3. fiat lux.

de aere nulla fit mentio. Aer luce, non propria, sed emendata à sole luce; aquam emittit in nubibus ex mari: innotat exhalationibus terræ: adeo nihil habens sui expressione indignus videtur. Sylveira Addit. in Matth. 6. 29.

Ipse ad armenum curavit. Gen. 18. 7. & c. ut inde vitulum, dum Dominum excepit hospitio. Sed Gen. 24. 2. Agens de uxore filio querenda famulum mittit. Ubi S. Chrysol. cum Abraham peregrinus vellet excipere; per se hoc officium præstabat; cum autem nuptias facturus fuit, servum addidit. Cur hoc? quia peregrinorum exceptio ad æternam salutem atinebat, juxta illud: servus eram. Escobar. t. 1. mir. Chr. l. 3. obf. 3. Sect. 2. Contemplatus in paupere Deum, ipse currit ad ministerium immediate. Idem Escobar. t. 2. Perf. Chr. lib. 10. obf. 4. Cuccurrit, nè quis alius charitatis officium præripere. Lypoman. Nec bonum, quod exercebat, per alios minuit; sed, quasi præda reperta, humanitati solus incubuit; ipse vitulum portavit &c. S. Hieron. ep. 26.

Pecora mea. Ps. 35. Non aliena tantum: contra quosdam, qui semper petant orationes aliorum; & ipsi nec orant, nec faciunt; contra impetrate mereantur. Similiter contra quosdam; qui nunquam voce sua clamant in Ecclesia, sed tantum Voce. Hugo Car. hic.

Ego ad Deum clamavi. Ps. 54. 17. Ego non per Vicarium: sicut Canonici, qui per Vicarios cantant; & forte per Vicarios silvabuntur. Idem hic.

Dans eis de fructu manuum suarum. Prov. 31. 31. Aliorum bona in meritum gloriæ nemini accedunt; se unicuique datur de fructu manuum suarum. Et qui non laudatur ex propriis, ex alienis fordescit. Sim. Cass. l. 6. cap. 30.

Propter frigus piger arare noluit: medicabile ergo est; & non dabitur illi. Prov. 20. 4. Cogetur medicare in egestate decoquentis iudicii, seu in claritate Sanctorum. Sed non dabitur ei de laboribus aliorum; ut resocillet animam suam; neque de aliorum victoria suscipiet ipse coronam. Sed nec iustificabitur de iustitia in labore agendo vitam suam: nam scriptum est, juxta opera manuum suarum retribuatur ei. Prov. 24. 14. Et Prov. 31. 31. datur ei de fructu manuum suarum; non alienarum: & laudent eum in portis opera ejus. non aliena. Sim. Cass. l. 8. c. 49.

Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione vitius: alio enim animam suam vitis alienis. Eccl. 30. Syrus: qui sperat in mensam alienam, nemo reputavit virum. Christianis, qui meritis præfidit alienis; qui spem suam in potentibus &c. aliorum posthabet, neque ipsi collaborat; non est vita ejus cogitatio vitæ, non ille cogitat salvari: aut, si cogitat, scilicet, & male præsumit. Did. Nyss. Vit. Abr. l. 10. c. 4.

Ex Novo.

Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum. Matth. 5. 20. Cur dicit iustitia vestra? Pungit hoc Scribas, & Pharisæos, qui celeratim maxime de suo patre Abraham gloriantur. Matth. 3. 9.

Pater habemus Abraham. Et Joan. 8. 33. semen Abraham sumus. & N. 39. Pater noster Abraham est. Ideo ait, iustitia vestra, q. d. non intendam alienis meritis, sed vestris operibus; Sylveira hic q. 4.

Nec Salomon omni gloria sua cooperus est sicut unum ex istis. Matth. 6. 29. Hugo Card. quæ in Salomone vestes fuerunt alienæ; in illis vero propriæ vestes, quas natura dedit eis. Infelix, qui nihil habet ex propriis; sed alienis vult ornari Sylveira hic.

O mulier, magna est fides tua. Matth. 15. 28. Cur Christus non annuit petitioni pro muliere, sed solum ejus precibus? Euthym. considera, quomodo, cum Apostoli pro ea deprecari fuissent, nihil effecerit. v. 23. ipsa potius perfecit. Hinc enim docemur, quod Deus mavult nos pro nobis ipsi obsecrare. Sylveira hic q. 15.

Quomodo servus. Matth. 25. 3. fatuata est aliena iustitia in conspectu Domini patrociniis querere; qui solum iudicabit ex propriis: ut nemo ex aliena, sed ex sua damnetur nequitia; nullus de alterius; sed, per misericordiam Dei, de propria iustitia coronetur. Dicit nobis de deo vestro: id est, oramus vestris meritis adjuvari, quibus propria defuerunt. Sim. Cass. l. 6. c. 28.

Pater habemus Abraham. Luc. 3. 8. Nemo confidat in prædecessoris iustitia, si sibi dominatur iniquitas; nemo sibi de sanctitate alterius blanditur; sed ipse velit se in virtutibus exercere. Ut incundanter asserim: nec Christi misericordia; & omne meritum ejus, ac etiam totius Sanctæ Ecclesie lux, open non potest hominibus ferre; nisi ab iniquitatibus respiciant; & quantum permittitur, dignos penitentia fructus agant. Proinde Joannes hanc præsumptionem interimit, ut filius merita paterna subveniant: quoniam filii Abraham non computantur in semine, sed in fide, ac in imitatione morum, & directione virtutum. Sim. Cass. l. 3. hic.

Lacrymis capis lavare pedes ejus. Luc. 7. 38. Cur Magdale-

na lavata pedes Christi non aqua, sed lacrymis fuit? Drogo Ost. f. 1. de Pass. ad lavanda sui Domini vestigia, non alias, quam oculorum suorum undas attulit, capillis suis pro lintea usa est. Tum vero ubi affectus vehementer incanduit, & uberavit; carbo lacrymarum imbre responsus fortis exarsit. Non ex alio fonte, quam ex propriis oculis, aquam vult haurire. Perfectus amor totum præstare solus, nullam alteri partem paritur impertiri. Sylveira hic q. 13.

Quis vestrum habebit amicum. Cor. Luc. 11. 5. Cur non mittit alium? & quidem media nocte? In salitis negotio non dependet ab alio; sed ipse per te age omnia necessaria, & utilia. Bæza t. 3. l. 15. c. 3. §. 2.

Lucerna ardens in manibus vestris. Luc. 12. 35. Lumen ante te; non à tergo ferat; si videre cupis, qua via gradiaris; Sunt multi, qui tota vita nec buccellam panis in elemosinas erogant. Lumen ante te porta, sed, fac bona opera in vita, non à tergo. Mors vitam sequitur, & ita morietis, ut vixeris, Stella hic.

Ut intingat extremum digiti sui in aquam. Luc. 16. 24. Petrus Cellens. de pan. c. 25. plenam itaque manum sanguine Redemptoris, non extremum digitem in aqua tinctum, execat conscientia de gravibus consentis: nec alterius tamen, sed proprio digito velit movere, & amovere poenam; quam, male animum movendo, sibi admovet. Apud Bæzant. t. 1. l. 5. c. 3. §. 5.

Vade ad nativitatem Siloe, & lava. Joan. 9. 11. Potuisset Dominus Discipulum mittere, qui ex Siloe aquam afferret ad oculos mendicis diluendos; sed cœcum ad ipsum fontem mittit: ut doceret, propriæ salutis nullam particulam alieno ministerio relinquendam; negotii æterni ab unoquoque curam habendam. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 3. S. 2. Obf. 3.

Cum accepisset linteam, & præcinxit se. Joan. 13. 4. Theophylactus: linteo præcingitur ipse, omnia faciens; lavans; & extergens; mittit item aquam, hoc & ipse faciens; & non alius committens. Apud Sylveira in Luc. 7. q. 13.

Venit Nicodemus serens mixturam myrris, & aloes, quasi libra centum. Joan. 19. 39. Magna fuit unguenti illius copia. Et licet hæc fecerit ille, nihilominus Maria Magdalena; & Maria Jacobi, & Salome, & smaragdum aromatata, ut venientes ungerent Jesum. Marci 16. 1. Petrus Ababardus ep. 7. paraverunt aromatata; nec satis videlicet habentes aromata Nicodemus, nisi adderet & sua. Did. Nyss. Vit. Abr. l. 10. c. 4.

Magdalena non dicit, dicitur mihi, ubi posuisti unum, & asfer; sed, ego eum cellam. Joan. 20. 15. Non refugio laborem, non quero alienas manus. Bæza t. 1. l. 5. c. 2. §. 5.

Micabant coronas suas. Apoc. 4. 10. Habent phylalas aureas plenas odoramentorum. Apoc. 7. 8. Cur mittentes coronas, non etiam effundunt phylalas; Coronæ erant propriae auti Andree, Cæsar; at phylala orationes Sanctorum. Hinc Deum honoratius non essent aliena opera, sed propria merita. Sylveira hic.

Vocem, quam audivi, sicut cithararum, citharizantium in citharis suis. Apoc. 14. 2. Nullus in celo audiat cum instrumento non suo. S. Bernardus in Apolog. in Guilielm. v. citharis citharizantibus, non ut illi de Apocalypsi, in citharis suis; sed vere, ut hypocritæ in alienis. Suspecta tibi sit spes illa, qua adeo alienis precibus, & laboribus; fidis; ut nullum laborem proprium exhibeas. Meliore usus consilio Abraham: locum ille sepulture etiam gratis oblatum pacta emit pecunia. Gen. 23. 13. Merito non alienis, sed in suis; volens habere sepulchrum. Qua de causa, quia sepulchrum pertinebat ad requiem æternam; & novit sapiens vir, quam parum ad æternitatem profunt; quæ ex alienis, & non propriis sunt. Bæza t. 3. l. 14. c. 11. §. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Pensandum est: quid tutior sit via, ut bonum, quod quisque post mortem suam sperat agi; per alios agat ipse, dum vivit, per se. S. Gregor. dial. l. 4. c. 58.

Non fidamus Patrum virtutibus. Sed, etiam si celebrem habeas parentem; non pures tibi illud ad Salutem sufficere; aut ad honorem, & gloriam; nisi, & moribus ipsi cognatus sis. S. Chrysol. l. 19. in e. 11. ep. ad Rom.

§. IX.

Pro uno opere, quod nequis agere, sublitere aliud.

Ex Veteri.

Rivum assumentem obtulit holocaustum pro filio. Gen. 22. 13. Si vires non suppetunt ad jejuniandum, mortificationes &c. extende manus ad elemosinas &c. Si nequis corporales, impende spirituales. Naxera in Jos. 13. §. 16.

Iste Deus meus, & glorificabo in eum. Ex. 15. 2. Hebr. iugurium ei faciunt. Ex. viridibus scilicet ramis, & floribus; cum templum in deserto erigere nequeamus. Did. Nyss. D. 1. Pent. §. 3.

Et nunc divide terram. Jos. 13. 7. Putares, post tot ab hostibus reportatas victorias; Josue otio honesto addicendum; verum

verum vitus nescitignavit. Tremula Josue dextera non poterat prelarari, & pax agrediret tribus partibus. Naxera in Jos. 13. §. 16.

Curvatus in odorem unguentorum suorum. Cant. 1. 3. Exiguum videtur, quod spona petit. Cur solo odore contenta, non ipsa petit unguenta? Vult dicere: quia tempus non datur amplecti, interea odor nominis tui mecum ex desiderio pernoctabit. Did. Nyfl. Vit. Ambr. l. 5. c. 1.

Conversit Esachias faciem suam ad parietem, & oravit ad Dominum. Il. 38. 2. Angelomus: quia ad templum ire non poterat, convertit faciem ad parietem. Non valuit totum, neque tamen nihil fecit. Did. Nyfl. D. 1. Pent. §. 3.

Panem in deserto ulmum. Il. 41. 19. Deo etiam grata ulmus. S. Greg. hom. 19. in Evang. ulmus vitem cum fructu suo sustentare solet. (loquitur ex more Palaestinae, & Italiae) ubi ulmus vires nubunt, maritaeque complexu pererantur earum proceribus brachiis geniculato cursu scandentes cacumina sensim peunt. Ulmus, cum botros non producat, facit, quod potest: idem Deo grata. Did. Nyfl. Vit. Abr. l. 5. c. 1.

Ex Novo.

Esauis, & adhaesit mihi manducare. Sicut Or. Matth. 25. 35. Quod spectat illa operum varietas? cur tam multae miserationes referuntur? an non unum fat erat? Euthymius: varias humanitatis partes recenset; ut, si quidem possumus, omnes impleamus: sin autem, saltem eas, quas possumus. Qui non potest vestem dare nudo, ei per corporis vires licet visitare infirmum. Hildebertus Turon. ep. 16. laudat reginam Mathildem, quod Ecclesiae illius opulenta ex auro candelabra misit: potest ex hoc etiam manifestum est, quam devotum interer Sacramentis: quia, quia ministrat non potest foemina; provides instrumenta. Did. Nyfl. Pol. ccel. p. 2. c. 1. maximum consequi non potest, minora perferat.

Apprehensa manu coeci eduxit eum foras extra vicum. Marci 8. 23. S. Chrysol. l. 176. Apprehensa manu coeci eduxit eum, ut homo non horreat hominem; & duce manu, coecum lucis faciat nescire orbatem. Nec dicat homo: non habet manus mea, quod det pauperi: det ipsam manum pauperi. Apud Did. Nyfl. D. 1. Pent. §. 3.

Exultavit insons in utero ejus. Luc. 1. 41. Fecit, quod poterat; quia non poterat, quae cupiebat. Salu vocis supplevit officium: & quia non poterat lingua laudare Dominum, deprecavit tripudis. Naxera in Jos. 13. §. 16.

Philatus pugillarem scripsit. Luc. 1. 63. Cur Zacharias scripsit nomen Joannis? Terruli d. de idololatria c. 23. Zacharias temporalis vicia oratione multatus, cum animo collocatus linguam irritam transe, manibus suis a corde dictas, & nomen filii hie ore pronuntiat, loquitur in typo, auditur in cetera, manus omni sono clarior, litera omni ore vocalior. Apud Sylveira in Luc. 1. 63. Mundus Praecursoris, non clamore vocis, sed pedum tripudis, exhibet; officium officio compenfat. Ingens amor nunquam invenit obstacula, ut se patefaciat: si unum non potest, aliud perficit. Id. Sylveira Ad. dit. in Luc. hic.

Ministrabant ei de facultatibus suis. Luc. 8. 3. Equique multae sunt facultates, ex quibus Christo ministrari potest, ut, si sit in una parte defectus, persistat in altera fulcimentum: Ex magnis quidem affectibus, & desideris ardentibus; ex doloribus, & gemitibus; ex his, quae corpore secundum DEI cultum agi possunt, etiam praeter exteriorem substantiam Christo ministratur. In angustium esset inclusum ministerium Christianorum; si tantum ageretur pro Christo ex abundantia corruptibilium rerum. Habet pretium uniusquique in seipso, unde Christo meliora, & gratiora, ministrat. Proinde inexcusabilis est homo in conspectu ejus, si non ministrat ei de his, & in his secundum placitum suum, quae ab ipso gratis accipit. Sim. Cass. l. 9. hic.

Et Lazarum in sinu suo. Luc. 16. 22. S. Chrysol. ep. 126. In hoc quoque pulchre se gessit Lazarus: nec enim ulli subvenit pecunias; qui enim id fecisset, cum vel necessarium ei deceret alimentum? Non ingressus carcerem: quomodo enim, qui nec erigi, nec se sustinere poterat. Non invidi aerorum. Et tamen, etiam absque his, praemium virtutis accipit: eo quod omnia tulerit forti, ac generoso animo. Piana in Ecl. Ethol. 154.

Ex Patribus, & aliis.

In cruce clavi ejus manus, pedesque, ligaverunt. Nihilque a penis in eo liberum; nisi cor, & lingua, remanserunt, inspirante Deo totum illi obtulit, quod in se liberum invenit. Ut juxta hoc, quod scriptum est, corde crederet ad justitiam, ore confiteretur ad salutem. S. Greg. mor. l. 18. c. 23.

Si mors esse non potest, nec praevales, esse vel collis. S. Ambros. in Pl. 118. Oetion. 7. v. 1. Apud Did. Nyfl. Vit. l. 5. c. 1. Sanus; justumque propositum nunquid omitendum ex toto fuit, quia ex toto impleri non potuit? S. Bernardus ep. 176. Apud Nyfl. Polit. ccel. p. 1. c. 2.

Miles praecis quoque manibus in praelio invenit, quod partibus conferat; & clamore juvat. Seneca l. de tranquill. c. 3.

§. X.

Opera orationi junge.

Praeque Symbolica.

Ex Veteri.

Ummus Sacerdos. Ex. 28. 33-35. cum in Sanctuarium ad orandum, & offerendum thymiana; ingrederetur, vestitus erat hyacinthina toga; a cujus fimbria pendebant milia quasi mala Punica, ex pulchris coloribus contexta, mixtis aureis tintinabulis, quae in ipso ingesta sonitum edere. Quod significat munus dignum orandi, & se presentandi in conspectu Altissimi, non in solo sonitu precum consistere, ut efficaces sint; sed etiam in consortio malorum Panicorum: quae inferiores charitatis erga Deum, & proximum, actus referat. De Ponte in Cant. l. 7. Exh. 28.

Cantabimus, & psallemus virtutes tuas. Pf. 20. 14. Cantare, est verba Domini ore proferre: psallere autem, mandata divina bonis operationibus constanter implere. Hac enim duo sunt, quae a nobis omnimodo expectantur: ut laudes Dei fideliter ore cantemus, & opere nostro ipsius mandata faciamus. Cassiodorus hic?

In die tribulationis tuae Deum exprobris manibus meis. Pf. 76. 3. S. Greg. in Pf. ult. precit, quid est Deum manibus exquirere nisi operibus. S. Salvatore invocare.

Cantate, & exultate, & psallite. Pf. 97. 4. Cantare, est oris officio laudes Domino perorare: exultare cum magna affectione animi vocat declarare: psallere, bonis operibus Domini mandata complere. Cassiodorus hic.

Psallite Domino in cithara. & voce psalmi. Pf. 97. 5. Non vocem solum, sed opera, assumite: ut non tantum cantemus; sed & manibus operemur. Qui cantat, & operatur; psallit psalterio, & cithara. S. Angust. l. 22. de temp.

Cantate & psallite ei. Pf. 104. 3. Hoc est, verbo & opere, praedicare: quia ore canitur, manibus autem psallitur. S. Prosper. Aqa. hic.

Etiam distillans labia tua. Cant. 4. 11. & mox: & odor vestimentorum tuorum sicut odor ebrius. Per vestimenta virtutes, per thus oratio, intelligitur. Cum autem ait; vestes animae thus redolere, dicere, voluit; in ea operari & orare, idem esse, propter devotionem magnam, rectamque operationem. Diez conc. 3. D. 3. Psalch.

Levemus corda nostra cum manibus. Thr. 3. 41.

Ex Novo, & Patribus.

Ut incensum paraverit. Luc. 1. 9. Incensum est devota oratio. Pl. 140. 2. Dirigatur oratio mea sicut incensum. Q. quae non dicit, sed potest dici; quia sine dubio non valet oratio, quae manu non ponitur ante Deum, est, quae operibus non juvatur. Hugo Card. hic.

Petere, & habere vobis; pulchre, & aperitur. Luc. 11. 9. Fatue clamant: Domine, Domine, aperi nobis. Matth. 25. 11. & tamen non admittit: quia manu non pulsantur. S. Chrysol. hom. 18. in Matth. sicut qui pulsat ostium, non tantum voce clamat, sed & manu; sic, qui bona opera facit, quasi manu pulsare Deum operibus bonis. Sylveira in Apoc. 7. 9.

Quaerite, & invenietis. Ib. Petere, orantis est, quaerere facientis: petere namque ad orationem spectat; quaerere factorum est, quaerimus enim factis, quando verè quaerimus. Cajetanus hic.

Habentes singuli citharas, & phialas aureas. Apoc. 5. 8. Citharae, cum manibus pulsantur, bona opera denotant; phialae autem orationes, ut ipse Joannes explicat: steriles enim oratio sine bonis operibus. Sylveira hic.

Ut ad aures Dei viam precibus faciatis, vigilantibus studendum est; ut voces aditus adjuventur: jam inanis sit oratio, ubi prava est actio. S. Greg. l. 9. ep. 45.

Si quis vult orationis virtute superare diabolum, debet elevare manus, id est, actus ad Deum, ut ejus conversatio sit in coelis: nam bona est oratio cum jejunio, & elemosina. Tob. 12. 8. Innocentius III. Pl. l. 2. c. 27.

Accedat cibo bonis operis orationis; potus, componens stomacho conscientia, quod bene gestum est. S. Bernardus l. 18. in Cant.

§. XI.

Opera semper, & ubique potes exercere.

Scher oravit, servus; Esth. 14. 2. Sed quem sibi delegit ad sua vota locum? Corpus suum humiliavit jejunio; omniaque loca, in quibus antea laetari consueverat, crinium lace- ratione complevit. Speravit, gratiores Deo fore precibus suas, si voluptatis sedem in lustralis exedra convertisset: si suo ibi fletu Domino lassaret, ubi deliciis perfundi consueverat. Judith. 9. 1. ingressa in oratorium suum. C. 12. 7. & exhibit nulli- bus in vallem Bethulia, quibus precibus non confixa suas in conopoeo lacrymas, votaque, renovavit c. 13. 6. stetitque au- te le-

Exemplum S. Magdalene sapient ad pedes Domini.

Sedens secus pedes Domini. Luc. 10. 39. Ex quo in amore facta ferventior, in humilitate proclivior; semper illos animo & situ sui corporis, repetebat. Postpulerat haec omnem corporis curam, sibi vocans, sibi attendens: non ad erogandum, sed accipendum sollicita, & propensius avida. Simon Cass. l. 9. c. 33.

Videns eum cecidit ad pedes ejus. Joan. 11. 32. Antiquum suum locum occupat Maria. Ad pedes Christi obstruit veniam peccatorum; ad pedes ejus sperat impetrare fratri vitam suae felici viae instantem adhaeret. Sylveira hic. Locum proprium Maria agnovit pedes Jesu; & ita agnovit, non jaceret, sed caderet: tamquam impotens se continere juxta pedes Jesu; a quibus veniam consecuta fuerat. Cajetanus hic.

Unxit pedes Jesu. Joan. 12. 3. Recta vadit, qui ad profectum animae contendit per viam, quae illi filix tempore accidit. Magdalena in pedibus Christi invenit, quam suspirabat veniam; & consolationem. Luc. 10. 39. ad pedes Christi audiebat verbum illius: hodie eosdem pedes, apud quos tam bene illi fuerat, tota unguenti libra tinxit: a quo enim apud Sacrosanctos illos pedes noxarum suarum gratiam invenit, tanta fuit illius erga illos observantia, & fiducia; ut ad illos semper adiret, & accederet. Docuit hic devotos, & contemplationi deditos: ut qua de materia cum fructu animae semel meditati fuerint; five ea stimos, five Judicium extremum, five Infernum &c. huc identidem recurrant; & fimbilla sibi requirant; ubi semel in meditatione exarst ignis. Did. Nyfl. f. 2. D. Palm.

Magdalena sapient ostulatus pedes Domini, & unxit & quavis.

Ex quo intravit, non cessavit ostendi pedes meos. Luc. 7. 45. Verum Dei amatorem describit, qui paucis amoris sui signis non contentus, nescit cessare ab amoris operibus. Baerz. t. 2. l. 6. c. 5. §. 29.

Unxit Maria pedes Jesu. Luc. 7. 38. Matth. 26. 7. Marci 14. 3. Joan. 12. 3. In prima unctio quaerit secularem indulgentiam; nec de pretio unguenti curat. Ad hoc gratiarum actioni tota intenta, quia Christus fratrem suscitavit. Iterum Maria ad unctorem venit. Felix auspiciis sapientis repetendum, Sylveira in Matth. 26. q. 5.

Dom ergo staret, inclinavit se, & propexit in monumentum. Joan. 20. 11. Certè jam monumentum vacuum viderat; jam sublatum Dominum nuntiaverat: quid est, quod se iterum videre desiderat? sed amantem semel apertissimum non sufficit: vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. S. Greg. hom. 25. in Evang.

§. XIII.

Opera heroica, perfecta.

Qua facti hanc rem. Gen. 22. 16. Oleaster hic, in Anno. mor. Hic Dominus non solum opus commendat; sed tantum facit, ut nomen, quo laudet, aut operi imponat, non inveniat. Insigne hoc facinus quidem velut summa est omnium illius praeclear gestorum, quod alia obfcurat, & unum plurimum instar sit. Did. Nyfl. Vit. Abr. l. 11. c. 1. Excepti Angelos laute Abraham. Gen. 18. 10. Convivii merces unius vix Isaac fuit, uxore quoque reprehensa: habebit filium Sara uxore sua. Sed in monte. Gen. 22. 17. filium immolaturus, suis & lumbis propurpuras accepit stellas. Unde discernim mercedis? Ibi signatus occiditur virtutis; hic arx filius impunitur. Cito, & facile, mensi instruitur. ad excitanti nocte angelo parere, aram pro filio struere, per quam arduum. Oliva lib. 2. Strom. §. Ecce Magi ab Oriente.

Stripate me malis. Cant. 2. 5. quasi dicat: Domine, da mihi labores, & persecutiones. Ex conceptibus divini amoris c. 1.

In portis nostris omnia porta. Cant. 7. 13. Cur in portis? ut furi pateant? Hebraea phrasi in portis esse, est in promptu habere. Significat igitur promptitudinem ad faciendam, quae Deo placeat. Fatuit fat erat; oleum in foro esse. Et quia iudicia in portis fiebant, sensus est: omnia sua opera deducta esse in rectissimum examen. De Ponte hic Exh. 25. §. 2.

Ecce Magi ab oriente venerunt. Matth. 2. 1. Et apud Evangelistas personarum distinctio est: nam, cum & pastores, & magi, puerum convenissent; de his honorifice, de illis ne per transannam scripsit. Ecce vox admirantis est. Pastores quidem a caulis profecti sunt ad antrum; nullis puerum manum operibus: quod sciamus ex Evangelio, honoratum, de eo clanculum inter se locuti: ideo vix facultas, bonorum operum juvenitas, eorum apud superiores advenit instruarunt. Quo durus obsequium in numen est; eo largiora ab eo manant munera. Oliva l. 2. Strom. §. Ecce Magi.

Peperit Filium. Luc. 1. 57. Filium, non Eliam, peperit: ut cognoscamus, nunquam Angelo revelante, neque supra naturam in conceptu mirabili feminam esse conceptam, aut pro-



eoque inter laborandum, & aliâs, nullo alio nomine, quam canes vocaret; nondum adificio absoluto, in gravissimum morborum incidit: cumque nondum ab imprecando, & convitiis solis desisteret; & linguis factus, nullam articulatum humanam vocem dedit, sed solum latratum caninum. Philippus Camerarius Centur. 1. hor. succif. c. 85. apud Stengelium tr. 2. Judic. div. c. 53.

Motus alia.

Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum. Pl. 10. 10. Cum enim omnibus superior factus fuerit, minimè tamen effugiet mortis fauces; sed aquè, ac ceteri homines, sepulchro tradetur. B. Theodoretus hic.

Cum viro innocente innocens eris. Pl. 17. 26. Id est, qui nemini nocet, Deus se innocentem præbebit, id est, eum non nocet, neque noceri ab aliis sinet. Bellam. hic.

Sicut liberalitas signum est rusticitatis. Unde aliqui, qui reputantur nobiles, si ita loquendum est, rusticissimi sunt: eò quòd bonis suis ipsolent pauperes. S. Th. Aq. opusc. 38. de erud. princ. c. 5.

TITULUS IX.

ORATIO.

S. I.

Figuræ, Symbola.

Ex Veteri.

Vitæque in somnis scalam. Gen. 28. 12. Ascensus Angelici sunt illuminationes, & meditationes, ascendentes in cœlum. Descensus vero sunt consideratio nesci peccatorum, & miseriarum, omniumque defectuum nostrorum, & confitentium compassionem ad proximum. Sancti Thom. Aqu. hic.

Pons custodis fontium. Judith. 7. 9. Incidit diabolus aquæ ductum, cum nos ab oratione avertit: per orationem enim quasi canalem, omnis Dei gratia in nos influit: unde & fucifca, diabolus nos superat, & capit. Corn. hic.

Vox Domini super aquas. Psalm. 28. 3. Vox orationis, ut à Deo procedit, potestatem habet super omnes aquas gratiarum, quas è cœlo descendere facit. De Ponte in Cant. 2. Exh. 28. §. 2.

Ful ut me floribus. Cant. 2. 5. id est, juvate orationibus. Hugo Card. hic.

Sicut turris David collum tuum. Cant. 4. 4. Collum mysticum animæ sanctæ est oratio, ita Theodoretus. 1. Sicut collum erigitur in altum; sic oratio mentem à terra sustollit ad Deum in cœlum. 2. Sicut per collum spiritus attrahitur ad interiora refrigeranda, & roboranda; sic per orationem attrahimus spiritum Dei, qui æstus concupiscentiæ refrigerat, mentemque animat, corroborat. Unde Plal. 118. 131. os meum aperit, & atraxit spiritum. 3. Sicut turris urbem communit; sic oratio animam: & sicut turris suis vallatur propugnaculis, clypeis, & armis; sic orationis propugnacula sunt virtutes. Denique in ea est omnis armatura fortium. V. 4. Cornel. hic.

Aperiet os suum in oratione. Eccl. 39. 7. Infantibus, & pulvis, non datur esca, nisi os aperiant. Broymard. Oratio.

Ex Novo.

Obsulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Matth. 2. 11. Aurum Deo offerimus; cum per patientiam probati in tribulationibus non desicimus. Thus ei in ara cordis incendimus, cum interno ejus amore flagrant, per studium compunctæ, & lacrymosæ orationis ei placere contendimus. Myrrham quoque de nostri cordis arca profertimus; cum pro ejus amore vigilando, orando, jejuniando, petulantiam carnis edomamus. B. Ivo Carnot. f. de Epiph. Dom.

Fiat voluntas tua. Matth. 6. 10. Catenam auream è cœlo pendere sinxit Homerus; à Jove emissam; ut ceteri in terra degentes, ad eam appensam, ipsum è cœlo traherent: qui omnes toto conatu, opus aggressi inconsiderate in cœlum sunt traxerunt. Orationem S. Dionysii affirmat esse catenam auream; qua Deum ad nos trahimus, nosque ad eum trahimus; dum velle nostrum ejus voluntati subjicimus. Cornelius hic.

Ungui caput tuum. Matth. 6. 17. Oratione caput, scilicet Christus, ungitur; quæ ipsum molliciat, & suavem reddit peccatoribus. S. Vinc. Ferr. l. in die Cin.

Ascendit in cœlum. Luc. 15. 8. Lucerna est orationis infantia; drachma verò est gratia divina; quæ, si perditâ fuerit, reperitur cum oratione devota. Sancti Bonav. diat. fal. c. 14. de or.

Ascendit in templum, ut oraret. Luc. 18. 10. Ad hoc debet quilibet ascendere in Ecclesiam, id est, ad orandum; non ad videndum mulieres; vel prava, & vana colloquia facienda; quod tamen multi faciunt. Hugo Card. hic.

Recubuit super pectus ejus. Joan. 21. 20. Illi recumbunt super pectus Jesu, qui sapientia, & scientia, & dant operam, & qui lectioni vacant, & contemplationi. D. Euseb. Emiff. in Nat. S. Joan. Evang.

Habentes phialas aureas. Apoc. 5. 8. Anima Jesu phiala aurea est plena odoramentis, quæ sunt orationes Sanctorum. Petr. Cell. c. 19. de pane mercen.

Ascendit summus incensorum. Apoc. 8. 4. Sicut incensum super carbones frigidus non facit fumum ascendere; ita nec oratio. Broym. oratio.

Ex Patribus.

Sicut mendici, & famelicî, in civitate per vicos, & plateas, de domo in domum, querunt panem; ita & nos civitatem cœlestem, nunc per plateam Apostolorum, nunc per plateas Martyrum, nunc per Virginum, nunc Confessorum, circuitur, meditando querere, & mendicare; ac orare debemus. S. Bonav. l. 6. infra oct. Epiph.

Anima est civitas summi Regis, & dicitur civitas virtutum. Psalm. 47. 9. quia virtutes ibi sunt. Sed Ismaeliticæ, Moab, Agareni &c. obsident hanc civitatem: id est, diaboli, & malæ cogitationes. Prudentia autem currit ad arcem sapientiæ, quasi ad dominam virtutum, consilium ab ea querens: quæ testatur, querendum summi Regis auxilium. Et cum quererent virtutes, quis ibit pro nobis? Respondit consilium: unum de septem donis oratio: & ne moram faciat, supra equos Fidei ascendat. Proficitur oratio per viam cœli, & currit: donec intret portas Domini: & velut mancipium fidei nuntiat Regi imminens periculum. Hoc auditio mitit Rex Charitatem Reginam cœli, & tota cœlestis curia eam comitatur. Charitas autem intrans civitatem omnia illic exilaravit, commota composuit, turbata paravit. Redit spes in civitatem, quæ primò penè effugerat; fortitudo, quæ penè corruerat, & alix virtutes. Hæc videntes inimici dixerunt: fugiamus Israel, quia Dominus pugnat pro eis contra nos. Ex. 14. 24. Sic civitas virtutum, id est, anima, oratione nuntia, liberatur. Sancti Bonav. in Plal. 118.

Orans est sicut ille, qui in obfatione querit, vel perit, succursum: nam sicut ille, qui tenet arcem regis; si obfideretur ab inimicis, reputaretur infidelis, nisi castrum regi denuntiare obfessum, vel pereret succursum; sic, cum hostes visibiles, vel invisibiles, obfident animam tentationibus; statim debemus Regi regum nuntium orationis mittere, & obfessionem denuntiare. Qui orat, debet clamare, sicut clamant parvulus, qui vult ubera: sicut clamant catulus, & sicut clamant parvulus, cum tribulatur, clamantem sentit verbera. Ad Dominum, cum tribulatur, clamantem. Psalm. 119. 1. Sicut clamant populus, cum videret pericula. In oratione debemus os aperire, sicut infans aperit os nutritici, ad suscipiendum nutrimentum vitæ æternæ, scilicet gratiæ divinæ: Sicut pulliculus, qui, dum sentit venire matrem, aperit rostrum versus cœlum. S. Bonav. diat. fal. c. 14. de or.

Sicut incensum, antequam approximet igni, quasi mortuum apparet, igneque contactum quasi spirituale fit, & in altum ascendit: sic meritum orationum nostrarum quasi mortuum est; nihilque valet, nisi dilectionis illius igne, quem Christus pro nobis meruit, in thuribulo cordis ejus vivificetur. S. Bernardin. t. 2. f. 1.

Aprius quidem orationem dixerim officio legationis insistere: quæ causas malè advenientes novit exponere, atque adversa indicare, quæ patitur author ejus. Hæc existens in terris cœlo se inserit; constituta in imis alta pulsat. Sibi non obfunt intervalla locorum, & nulla munimenta sibi obicem faciunt. Sim. Cass. l. 5. c. 15.

Oratio gerit imaginem Christi cœlum ascendens: quid enim est orare, nisi mente cœlum conscendere. Hug. Card. in c. 7. Matth.

S. II.

Oratio est necessaria.

Ipsè vero dormiebat. Matth. 8. 24. Non es securus à tempestate, si ita remiges, ut orare negligas. Oliva t. 2. Strom. §. Ipsè vero dormiebat.

Ascendit in templum ut oraret. Luc. 18. 10. Sicut corpus indiget anima, ut vivat naturaliter; sic anima indiget oratione, ut vivat spiritualiter. Et sicut homo vivere non potest sine respiratione; sic nec sine oratione: orando enim emittit spiritum desiderii ad Deum, & ab eo vicissim recipit spiritum virtutis desideratæ. Proinde ac homo spirando emittit veterem halitum, & novum attrahit, ac immittit. Cornelius hic.

Sine me nihil potestis facere. Joan. 15. 5. Si ergo sic certissime constat esse, si volumus bonum cogitare, si bonum dicere, si bonum facere; quid restat nisi Deum orare. S. Bonav. l. 3. D. 1. post oct. Epiph.

Petrus, & Joannes, ascendebant in templum. Act. 3. 1. Cur an-

S. IV.

Oratio Deo grata.

Inclina Domine aurem tuam. Psalm. 85. 1. Quod dicit inclina, ostendit, quia scilicet extendere non poterat humana conditio: nisi ipse suam majestatem piissimum inclinaret. Aurem enim dicit, non istam corpoream; sed auditum illum spirituales, quo petentium vota cognoscit. Cassiod. hic.

Inclina ad me aurem tuam. Pl. 101. 3. Auris Domini pro clementia ponitur, quæ preces supplicum benignus exaudit. Nam cum totos videat; totos illos audire dicitur, quibus præstare dignatur. Id. hic.

Longanimus. Pl. 102. 8. Quis dubiter ab illo petere; qui, si non petatur, offenditur. Cassiod. hic in Conclusionem.

Inclinavit aurem suam mihi. Plal. 114. 2. Deus inclinavit aurem suam ad nos, quando inspirat nobis orationem. Bellam. hic.

Delicia mea esse cum filiis hominum. Prov. 8. 31. Cur divina sapientia non dicit, in Angelis se delicias, qui natura sua nobiliores, gratia etiam firmiores; quia homo à primæva sua creatione egens, miser, cogitur à Deo auxiliari petere. Ita enim Deo jucunda est hominis deprecatio: ut, licet natura Angelica præstantior sit humana; tamen, quia hæc mendica, periculis obnoxia, opem à Deo petere necesse habet: magis divina sapientia in hominibus, quam Angelis delicias. Calist. Illat. 93.

Vox tua dulcis. Cant. 2. 14. Orationes Sanctorum semper Deo acceptæ. S. Justus Orgel. hic.

Quia molesti es tibi, & Deo meo. Il. 7. 13. Quam molestiam intulerat Achaz, ut sic objuraretur: quia abstulit à petitione signi. Ad eò libenter Deus à nobis rogatur. Octavian. in Eccl. 13. v. 5.

Tacentes, & orantes, Dominus ut plurimum visitare dignatur. S. Laur. Just. de discipul. monast. c. 15.

Vult Dominus noster absque dubio misereri, qui se præcipit exorari: non erit difficilis, ut invocatus exaudiat, qui importunitatem supplicantis expectat. B. Eucherius l. 6. de eo: oportet orare, & nunquam desistere. Luc. 18. 1.

Orationis alia laudes.

Pater gratias ago tibi. Joan. 11. 41. Si Christus verus Deus, quid prece opus? Hilarius in Catena: non prece eguit: nobis oravit, ne filius ignoraretur.

Oratio mortalium vaticum. S. Basilii Sel. or. 21.

Mater orationis est solitudo: oratio autem divinæ gloriæ demonstratio. S. Joan. Damasc. or. de D. transfig.

Oratio virginitatis sigillum est, matrimonii fides, Viatoribus scutum, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, navigantium salus, fatigatarum requies, morientium consolatio, nuptias contrahentium corona, natalitii festi celebratio, morientium funus. Sancti Greg. Nyss. de orat. or. 1.

Oratio corporum robur, rei familiaris administratio, recta Juris legumque constitutio, regni potentia; tropæum, atque vexillum belli, tutela pacis. Oratio virginitatis sigillum est, fides nuptiarum, Viatorum præsidium, dormientium custos, navigantium salus. Oratio reorum patrona, victorum relaxatio, morientium consolatio, lætantium jucunditas; lugentium solamen, celebratis festi natalitii, morientium sepultura. S. Ephrem de or.

Quicumque orandi dono præditi sunt, ingent privilegio sunt donati. Similes enim iis sunt, quos reges ita familiares habent, ut eorum ingressus nunquam prohibeatur. Isid. Clarius l. 1. or. 18.

Dulce vehiculum est in via oratio, fidelis præcursor ad Dominum, præpulsans ei adventum ascendens. Petrus Blef. l. 21. in Asc. D.

Qui pecuniam habet, omnia habet, quæ illi necessaria sunt, quia ea data omnia emere potest. Ità oratio est pecunia spiritualis; quæ media omnia acquirimus, quæ volumus. Ofor. D. 5. Pascha.

Qui dedit vivere, docuit & orare. S. Cyprian. lib. de or. Dom. q. d. videte misericordiam Dei: nam, cum rebus tam multis indigeamus ad vitam sustentandam; re unica, hoc est, sola oratione opus est, omnia illa parare. Didac. Nyss. D. 11. Pent. §. 5.

S. V.

Ad orationem exaudiendam promptus Deus.

Ex Veteri.

Constitu mihi, quando deprecor pro te. Ex. 8. 9. Cur optionem temporis dat Pharaoni? Respondet Abulensis hic q. 5. quia, si diceret se hæc die potius, quam alia oraturum; putaret Pharaon, Deum non semper promptum. Mendoz. in 1. Reg. annot. 8.

Qui respondit, orat. ib. v. 10. Beneficium odit, dum differri vult: adeoque Deum tractis moris offendit; ut beneficii dilationem aquis, & submersione, vindicaret. Sancti Amb. l. de Cain,

ante miraculum claudi describitur eorum oratio? S. Basil. Sel. or. 21. id primùm in dictis cognitu necessarium est, quòd in tantam dignitatis celsitudinem evecti Apostoli orationem minimè neglexerint. Nam homines cum essent, hinc quoque petitionis præsidio egebat. Quòd si Apostoli precativis opes non excutunt; quantum nos crimen incurrimus, qui per incuriam tam salutarem precibus vaticum. Sylv. hic q. 1.

Quisquis non orat Deum, nec divino colloquio cupit assistere frui, is mortuus est, & vita carens, experique sanæ mentis. S. Chrysof. de orando Deum l. 1.

Cum video quempiam non amantem orandi studium, nec hujus rei fervida; vehementique cura teneri; continuo mihi palam est, eum nihil egregiæ dotis in animo possidere. Id. ibidem.

Admirandus ille David, Goliath illum immanem, cum veluti dæmon quispian formidandus irrueret; non armis, neque gladiis, sed precibus dejecit. Id. ib.

Quemadmodum civitas, quæ muris cincta non est, facillè venit in potestatem hostium, propterea, quòd profusus absit id, quò fuerat hostium incurfus arcendus: sic & animam non muniant precibus diaboli facillè in suam redigit dationem; nec multo negotio omni genere scelerum implet. Idem de precativæ lib. 1.

Sicut panis est alimentum corporis, & victus animi; sic spiritualis oratio alimentum mentis est. Sancti Nilus cap. 95. de oratione.

Satis ibi vacillat humanum studium, ubi non requiritur Dei auxilium. D. Valerianus Cemelien. Ep. de bono disciplinæ hom. 11.

S. III.

Orationis excellentiæ, varix laudes.

Num. I.

Est Vicaria Christi.

Species quartæ similis filio Dei. Dan. 3. 92. Cur cum iis ambulat Angelus in specie filii Dei? non item cum Paulo, & Sila, incarcerationis. Act. 16. 25. media nocte Paulus, & Silas orantes. Oratio illis erat Vicaria Filii Dei. Sylv. in Joan. 16.

Si quid petieritis Patrem. Joan. 16. 23. Dicitur hoc illis in consolationem, atque documentum: ut Christo absente utantur, ad impetranda omnia à Patre, quibus egent. q. d. nolite tristari de meo discessu: pro mea enim præsentia Orationem in virtute nominis mei, tanquam enim Vicariam, vobis substituo? ut sicut ego mea præsentia in prosperis, & adversis, sui patronus, scutum, requies, & solatium: ita eadem vobis sit Oratio. Id. ib. q. 1.

Discendens Christus à Discipulis, fidelem illis administravit, & Vicariam reliquit Orationem, quæ eorum petitiones ad Patrem deferat. Barradius D. 5. Pascha. l. 5. hic c. 12.

Num. II.

Oratio est Colloquium cum Deo.

Cum oramus, ipsi cum Deo loquimur: cum verò legimus, Deus nobiscum loquitur. S. Aug. l. 6. D. Pass.

Magnum bonum vult preces: nam si homini quis loquatur virtute prædito, non parvum inde fructum percipiet: quantis bonis fruatur is, cui cum Deo colloquium fuerit. S. Chrysof. hom. 30. in Gen.

Quis non obfupercat tantam benignitatem, ac benevolentiam, quam in nos homines declarat Deus? qui mortalibus tantum honoris largiatur; ut dignos nos habuerit, qui cum ipso colloquamur, nostraque vota apud ipsum deponamus. Id. l. 1. de orando Deum.

Sis, qui cum magno aliquo viro, & admirabili, multum versatur, ex ejus consuetudine maximum fructum accipit, quanto magis, qui cum Deo perpetuam habet consuetudinem. Id. in Pl. 4.

Num. III.

Oratio est felix rerum principium.

Osuletur me. Cant. 1. 1. Dum Canticum suum à ferventissima prece inchoat; docet, nullam esse felicis operum nostrorum exordium, quam orationem ignea charitate flagrantem. De Pontice hic. Exhort. 1.

Ducit illos in montem excelsum. Matth. 17. 1. Lucas sic scribit c. 9. 28. 29. Ascendit in montem, ut oraret; & facta est, dum oraret; species vultus ejus altera. Latissimus Salvatori, tribuque Discipulis, elucet dies; cuius gloriæ, & felicitatem, Dominus ab oratione matutina aufpicatur. Nazianz. or. 1. optimus hic ordo est, ut qui rem aliam aufpicatur, à Deo initium ducat. S. Ambros. l. 1. offic. c. 31. nunquam David, nisi consulto Domino, bellum adorsus est: ideo in omnibus victor præliis. Euseb. Mir. Chr. t. 1. l. 12. f. 1. obf. 6.